

1231.

[m. 10d.]

Symon de Roppesle, Symon de Hale, Theobaldus Hautein et Willelmus de Beningwurth constituti sunt justiciarii ad assisam nove dissaisine capiendam apud Lincoln a die Sancti Hillarii in tres septimanas, quam prior de Bulinton aramiavit versus Ricardum de Alencun de communa pasture in Redburn, que pertinet ad liberum tenementum suum in eadem villa.

Et mandatum est vicecomiti Lincolnie etc.

Simon de Roppele, Simon de Hal, Theobaldus Hautein et Willelmus de Benigworth constituti sunt justiciarii ad assisam nove dissaisine capiendam apud Lincoln a die Sancti Hillarii in tres septimanas, quam prior de Bolinton aramiavit versus Ricardum de Alenzun de communa pasture in Redburn que pertinet etc. in eadem villa; salvis etc. Teste rege, apud Westmonasterium, xxvij die Novembris. Per justiciarium.

Willelmus de Ralegh, una cum illis quos sibi duxerit associandos, constitutus est justiciarius ad assisam capiendam apud Norwicum in crastino Sancti Hillarii, quis advocationem etc. ad ecclesiam de Bildeston que vacat etc. inter Matildem de Flamvill, petentem, et Matheum de Luvayn, deforciantem, etc.

W. de Eboraco et R. de Shardelawe constituti sunt justiciarii ad assisam capiendam apud Strafford in octabis Sancti Hillarii, quam Robertus le Bret et Agnes uxor ejus aramiaverunt versus abbatissam de Berking, Adam Dispensatorem, Willelmum le Pendere et Ricardum de Neuen, de ij fossatis prostratis in Berking ad nocumentum etc. in eadem villa; salvis etc. Teste ut supra.

Mutatus fuit dies propter absentiam justiciariorum usque ad diem Mercurii post festum Purificationis, et similiter de assisa Hugonis de Diva coram W. de Eboraco et sociis ejus, quos etc.

Iidem constituti sunt justiciarii ad assisam capiendam ibidem et ad eundem terminum, quam Magister Willelmus persona ecclesie de Wilingeham aramiavit versus Emmam de Crustic', ad recognoscendum utrum xx acre terre, tres rode prati et unum messuagium in Wilingeham sint libera elemosina etc. Teste ut supra.

Robertus de Lexinton, Radulfus de Wilinton et Reginaldus de Calne constituti sunt justiciarii ad assisam nove dissaisine capiendam apud Hauteworth die Jovis post festum Sancti Hillarii, quam abbas de Stanle aramiavit versus priorem de Bradenestok et fratrem Gervasium canonicum ejus, de tenemento in Cotestowe.

W. de Ralegh, W. de Eboraco et Radulfus de Gatele, constabularius turris Londonie, constituti sunt justiciarii ad loquelam audiendam et terminandam, que summonita est coram eis in crastino octabarum Sancti Hillarii, inter Gervasium de Aldermanebiry, querentem, et decanum et capitulum Londonienses, deforciantes, de advocatione ecclesie Sancte Marie de Aldermanebiry. Per breve *quare impedit*, sine literis patentibus.

W. de Ralegh, W. de Eboraco, constituti justiciarii ad assisam mortis antecessoris capiendam apud Lambeth a die Sancti Hillarii in